



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 115. Margarita Archiducissa Filio Hispaniæ Regis nupta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

## §. CXV.

Sæcul. XV.  
A. C. 1496.*Margarita Archiducissa Filio Hispaniæ Regis nupta.*

Faustas, quas Joanna Hispaniæ Regis filia cum Philippo Archiduce contraxit, nuptias excepit connubium Margaritæ pariter Maximilliani Imperatoris filia. Matrimonium hoc apud Cæsarem conciliabat nominatissimus Joannes Manuel natione Castellanus. Igitur cum Joanna Hispaniæ Regis filia vix Gandavum pervenisset, Archiducissa Margarita inde recedebat, Hispaniæ Principi nuptura; hinc Flessingæ conscendit prætoriam navim classis ad Sponsam in Hispaniam deducendam instructæ, tandem post superatam horrendæ tempestatis vim non sine iterato, eoque manifesto vitæ discrimine, Hispaniæ portum ingressa est; terrestri demum itinere Burgim, tum temporis Castellæ Metropolim contendit, ubi Reges Catholici adventantem Sponsam excipiebant, & Ximinius Toletanus Archiepiscopus, utpote Hispaniæ Primas, nuptiarum pompam sacris cæremoniis augustiorem reddebat.

L 4      §. CXVI.